

- 270 Jam medio apparet fludu nemorosa Zacynthos,
Dulichiumque, Sameque, & Neritos ardua faxis.
Effugimus scopulos Ithacæ, Laertia regna,
Et terram altricem sævi execramur Ulyssis.
Mox & Leucate nimbosa cacumina montis,
275 Et formidatus nautis aperitur Apollo.
Hunc petimus fessi, & parvæ succedimus urbi.
Anchora de prora jacitur, stant litore puppes.
Ergo insperata tandem tellure positi,

Lu-

Jam Zacynthos siveosa apparet in medio mari, & Dulichium, & Same, & Neritos alta rupibus. Irvitamus scopulos Ithacæ, regna Laertia, & desquam regionem turribus crudelis Ulyssis. Deinde etiam ostenditur procellosus vertex Leucate montis, & Apollo nervitibus navigantibus. Hunc montem lasi petimus, & imus ad parvam urbem. Anchora demittitur ex prora, puppes sistant in litore. Igitur positi domum terra insperata,

S ja-

N O T Æ.

sta, Ceres, Pallas, Diana, Venus. Minores erant, heroces, semidici, &c. inter quos *Jurias* illas, quasi famulares Deos, reponebat *Aeneas*. De *videntibus*, funibus nauticis, *Æn.* 1. 91.

268. *Noti.* Austri, venti meridionales: & proprie quidem, hoc enim vento opus est a *Strophadibus* ad *Zacynthum* navigantibus. De *Noto*, *Ecl.* 2. 38.

270. *Zacynthos.* Persequitur iter, in eodem Ionio mari, a meridie in septentrionem: quo ordine, post *Strophades* occurrit...

I. *Zacyntus*, *Zante*, ad latus occidentale Peloponnesi, contra promontorium *Chelonates*, hodie sub *Venera* ditricone.

II. *Same*, *Dulichium*, & *Ithaca*. Hæ tres sub eadem fere linea occurrunt, ante fauces sinus *Corinthiaci*.

Dulichium ab eo sinu minus distat, esse una ex *Echinadibus* insulis, quæ jam communione vocantur *Cercyranæ*, incerto numero, ut monet *Strabo* l. 10, quia cum parvæ sint, & ad ostia *Acheloi* fluvii *Acaraniam* modo arenarum appulsu separantur, modo æque impetu separantur.

Same, vel *Samos*, quæ & *Cephalonia*, nunc *Cefalonia*, ex *Strabone* l. 10. major, & a *Corinthiaco* sinu maïs ad occidentem recedens: parit *Reipublice* *Venetæ*.

Ithaca, nunc *Val del compare*, inter *Cephaloniam* & *Dulichium* media: *Ulyssis* patria: quandoque parvit *Turcis*. In *Ithaca* est *Neritos*, non insula, ut *Lexica* geographica vulgo ferunt, ut *Strabone*. *Strabo* enim contra probat multis *Homeri* verbis, montem esse *Ithacæ Neritum* *Neritos*. Quod autem hic legitur feminini generis, *Neritos ardua faxis*, explicat *Suidas*: apud quem *Neritos* cretas dicitur mat *Helethius*, cum ait: *Neritum*, *Ithacæ* montem esse semper videntem a fronte: item: & *Homerus*, qui vocat *Neritos* *etereos* *Neritum* *frondosum*. Et bene congruit quod statim mentio sequitur *Ithacæ*: quæ dicitur *Aeneas*: *Apparet Ithacæ sive Neritos, faxis altissimis imposita; sed statim illos Ithacæ scopulos effugimus.*

- Lustramurque Jovi, votisque incendimus aras:
280 Actiæque Iliacis celebramus litora ludis.
Exercent patrias oleo labente palastras
Nudati socii: juvat evasisse tot urbes
Argolicas, mediisque fugam tenuisse per hostes.
Interea magnum Sol circumvolvitur annum,
285 Et glacialis hyems Aquilonibus asperat undas.
Ære cavo clypeum, magni gestamen Abantis,
Posibus adversis figo, & rem carmine signo:

Æneas

& sacrificamus Jovi, & cumulamus aras victimis; & nobilitatem Actium promonitorem Trojanis ludis. Socii nudati committunt patrias lutas oleo succente: delicti eos evasisse tot urbes Græcas, & iter babuisse inter medios hostes. Interea Sol circum agit annum integrum, & glacialis hyems infestat mare Aquilonibus. Appendo liminibus anterioribus scutum aris cavæ, quod gestaverat magnus *Abas*, & noto scutum hoc versu:

Æneas

N O T Æ.

incolas ad expeditionem Trojanam duxit *Meges* quadraginta navibus. *Iliad.* 2. 621.

279. *Lustramurque Jovi, &c.* Solivimus vota & sacrificia Jovi. *Lustratio* enim, ut iam notavimus *Æn.* 1. 237. & 612, dicitur a *luso*, id est, *solvo*: unde cum vota Deo fecimus, voti restitutum, ut diximus *Ecl.* 8. 30. Igitur *lustramur*, cum *solivimus* voto: & multo etiam magis, cum ad placandos Deos pro delicto aliquo sacra expiatoria facimus. Ita cæremonia omnes, quæ ad sacra pertinent, *lustrales* dicuntur. *Sic* l. 6. 237. in funere *Milensi*, sacerdos *ter factos pura circumtulit unda*... *lustravitque viros*. *Sic* l. 8. 183. post oblatas *Herculi* victimas Trojanæ juventus *velicitur perpetui tergo bovis*, & *lustrabuntur castis*. Quare autem nunc *lustramur Jovi*? Ut exsolvant vota, quæ nuncupaverat *Anchises* magnis numinibus in *Strophadum* litore, supra v. 264. Quare Jovi præcipue sacrificia, Apollini ludos instituit.

280. *Actiæque Iliacis, &c.* Alludit certe poeta ad ludos eos, quos *Ostavianus* maxima celebritate instituit, post victoriam de *M. Antonio* & *Cleopatra* relata, ad Actium Epitri promontorium, Anno U. C. 723. 19. Nonas Septembris. Cujus ad memoriam, naves plurimas Apollini Actiaco consecravit;

Africam templum majus extraxit; urbem *Nicomolim* condidit in ipsi faucibus sinus *Ambracii*, contra Actium in eo loco ubi castra posuerat: locum ubi tentorium ipse habuerat magnis lapidibus constravit, ibique trophæum e rostris caparum pavium, & *Lacrarium* Apollini sub dio excitavit; ludos imprimis instituit quinquennales, qui præcipue equestri decursu, ac certamine nobilitate puerorum patriciorumque virorum, tum gymnica pugna constabant. Sed ludos illos non exhibuit, nisi Anno U. C. 726. quo anno ipse *Ostavianus* vi. & *M. Agrippa* vi. consules fuerunt, præteriturque simul censum ac lustrum populi, anno proximo præcedente

inceptum: quæ omnia leguntur apud *Dionem* l. 57. & 53.

Arque hæc paulo fufius, quia ex his conjunctio *Virgilium* ad hæc, quam explicamus, operis sui partem pervenisse hoc ipso anno 626. paullo post exhibitos ludos. Quia *Iliaci* ludis, est ipsa equestris puerorum decursio, quam vocatum esse *Trojanam*, & a Trojanis ad Romanos transiisse, testatur *Æn.* 5. 602. Facile autem *Æneæ* suppetebant equi in Epitri, feracissima equorum regione, *Georg.* 1. 59. II. *Palastræ* & nudati socii, sunt ludis gymnici, quibus enim nudus est; qui autem eo pugnae genere exercebantur, nudati erant: argue ut manus adversariorum in lubricam cutem impada, facilius istum mitterent, ideo sibi cutem oleo, luto, & cera ungebant: hinc aliqui nomen *palastræ* deducunt a *πάλαιον* *lutum*, quæquam alii melius a *πάλα* *vibro*, *agito*; ob variam agitationem & vibrationem corporis ad vitandos istus. III. *Lustramur Jovi*: alludit ad folemnem populi lustrationem, quæ singulis quinquennis post conditum Populi Romani censum habebat *novendicilibus*, id est, sacrificio *suus*, *ovis*, & *tauri*, aliisque cæremoniis, quæ censum terminabant & condebant. Quod hoc anno U. C. 726. ab *Ostavianis* perfectum est.

283. *Argolicas*, Græcas: *Argi*, urbs Peloponnesi, *Æn.* 1. 238.

285. *Abantis... posibus*.) *Audax* ac superbum *Æneæ* factum; qui in mediis Græcorum urbibus, atque insulis, trophæa de Græcis ipsis victoribus erigit. *Abas* quis fuerit ambigitur: unus forsasse ex his, quos nocte *suprema* e comitibus *Androgi* occiderat, *Æn.* 2. 371. *Posibus* autem heit Apollinei templi, vel *Leucate*, vel *Actii*.

289. *Transiit*.) *Scamnis*, in quibus remiges sedent, quæ dicuntur etiam *jugæ*.

291. *Pheacum sive Leucadum arcem*.) Ab Actio promontorio, sive *Leucade*, ad occidentem delexo cursu, occurrit delicta insula *Pheaca*

Aeneas haec de Danais visoribus arma.

Linquere tum portus jubeo, & confidere transtris.
 290 Cercatim socii feriunt mare, & aequora verrunt.
 Protinus aeras Phaeacum abscondimus arces,
 Litoraque Epiri legimus, portuque subimus
 Chaonio, & celsam Buthroii ascendimus urbem.
 Hic incredibilis rerum fama occupat aures:
 295 Priamidem Helenum Grajas regnare per urbes,
 Conjugio Aecidae Pyrrhi sceptrisque positum;
 Et patrio Andromachen iterum cecisse marito.
 Obsupui: miroque incensum pectus amore
 Compellare virum, & casus cognoscere tantos.
 300 Progredior portu, classes & litora linquens.
 Solemnes tum forte dapes & tristia dona,
 Ante urbem, in luco, falsi Simoentis ad undam,
 Libabat cineri Andromache, manesque vocabat
 Heclorem ad tumulum; viridi quem cespitè inanem,
 305 Et geminas, causam lacrymis, sacra verat aras.
 Ut me conspexit venientem, & Troia circum
 Arma amens vidit; magnis exterrita monstris,
 Dirigit visu in medio: calor ossa reliquit;

La-
Aeneas posuit haec spolia de Graecis Trojae victoribus relata. Postea impero socios relinquere portum & ledere in Iamnis. Socii cercatim verberant mare remis & vadunt fluctus. Continuo praeteritis altis arces Phaeacum, & radium litore Epiri, & instans portum Chaonium, & accedimus ad celsam urbem Buthrotum. Hic incredibilis rumor rerum implet aures nostras: Helenum filium Priami imperare per urbes Graecas, positum uxore & regno Pyrrhi nepotis Aeci, & Andromachen rursus venisse in potestatem mariti Trojani. Obsupui: & pectus exarsit mirabili desiderio alloquendi hominem & sciendi tantos casus. Progredior ultra portum, relinquens naves & litus. Tunc forte Andromache ante urbem, in sacra silva, ad aquas fidei Simoentis, offerbat cineri solemnis epulas & funebria munera, & appellabat manes prope sepulcrum Heclores, quod e viridi cespitè vacuum dedicaverat, & binas aras, causam lacrymarum. Ut appesit me accedentem, & suspensam vidit circa me Trojana arma, attonita hoc magno prodigio, exanimata est in ipso aspectu: calor abiit ex ossibus:

N O T Æ.

cum, sive Corcyra, hodie Corfu, ad latus Epiri, olim horis Aeginoi regis nobilitata, nunc sub ditione Veneta. Abscondimus arces, id est, absconduntur nobis, dum celeri navis decursu praetermittuntur; qua voce usus est deinde Seneca Ep. 70. In hoc cursu rapidissimi temporis primum pueritiam abscondimus. Et bene dixit abscondimus arces, id est, urbes aliquas ad orientem insulae sitas; non vero abscondimus insulam; quia Buthrotum, quam petebat, est in ipso conspectu, & ex adverso insulae; qua ad occidentem vergit.

295. Priamidem Helenum. De eo Priami filio, deque Pyrrho, Achilles filio, Aeci pronepote, *Æn.* 2. 263. De Andromache, antea Heclores uxore, *Æn.* 2. 456.
 301. Solemnes dapes, &c. Annua sacrificia, quae vulgo cum epulis conjuncta erant, ex ipsis viduarum extis. De Simoente Trojano fluvio, cuius nomen alicui rivulo Andromache in Epiro tribuerat, *Æn.* 1. 104. De Heclore, *ibid.* 103.

Labitur, & longo vix tandem tempore fatat:
 310 Verane te facies, verus mihi nuntius affers,
 Nate Dea? vivisne? aut, si lux alma recessit,
 Hæctor ubi est? Dixit, lacrymasque effudit, & omnem
 Implevit clamore locum. Vix pauca furenti
 315 Subjicio, & raris turbatus vocibus hisco.
 Vivo equidem, vitamque extrema per omnia duco.
 Ne dubita, nam vera vides.
 Heu! quis te casus dejectam conjuge tanto
 Excipit? aut quæ digna satis fortuna revisit?
 Hæctoris, Audiomache, Pyrrhin' connubia feras?
 320 Dejecit vultum, & demissa voce locuta est:
 O felix una ante alias Priameia virgo,
 Hostilem ad tumulum Trojae sub mœnibus altis
 Justa mori: quæ sortitus non pertulit ullos,
 Nec victoris heri tetigit captiva cubile!
 325 Nos patria incensa diversa per æquora vestæ,
 Stirpis Achilleæ fastus, juvenemque superbum
 Servitio enixæ tulimus: qui deinde secutus
 Ledæam Hermionem, Lacedæmoniosque Hymenæos,
 Me famulam famuloque Heleno transmisit habendam.

330. At
adit, & longo post tempore vix demum ita loquitur: An vera species, & verus nuntius te mihi sistis, o fili Veneris? an visis? aut si lux alma abiit a te, ubi est Hæctor? Sic locuta est & emisit lacrymas, & implevit clamore omnem locum. Vix respondeo pauca moventi. & turbatus ex aperto interruptus vocibus: Certo vivo, & traho vitam per omnes miseras. Ne dubita, nam vera vides. Heu! quis te casus decessit tibi orbatæ tanto marito, aut quæ fortuna satis tibi congrua rediit ad te? O Andromache, prope altis virgo Priami filia, caussa mori ad sepulcrum hostis, prope muros altos Trojae: quæ non passa est ullam sortitionem, nec tetigit captiva ledæam victoris domini. Nos post patriam combustam vestæ per longinqua maria, parientes in captivitate, toleravimus superbiam familie Achillis, & juvenem ferocem: qui postea quærens Hermionem neptem Ledæ, & conjugium Sparianam, me servam tradidit possidendam Heleno ipsi quoque servo.

N O T Æ.

303. Libabat cineri.) Vel vero cineri, cuius partem aliquam in urna deferre secum Andromache poterat, ex iis qui collecti sunt ex ejus funere, *Iliad.* ultimo 790. Vel ejus manibus atque umbrae. *Dona tristia.* Lac, sanguinem, &c. ut supra v. 66. Unde proprie libabat erit ostendebat: quamquam generatim etiam sumi potest pro sacrificabat. De hac voce, *Æn.* 1. 740.

304. *Incensum.* Tumulum honorarium vocat Suetonius in Claudio cap. 1. Xenophon in exped. Cyri l. 6. *νεκρωσιον*, id est, vacuum tumulum.

305. Geminas, causam lacrymis, &c.) Alteram Hæctori, alteram Alysianæ filio, quæ Graeci & Trojae turribus praecipitem miserant. Vel potius utramque Hæctori: quia geminas heredes dicari mos erat, supra v. 63. *Causam lacrymis.* Id est, quæ viri memoriam, ac dolorem suum alerent.

319. *Connubia feras?* Manesne in viduitate, ac hæc data Hæctori, an vero transmissi ad Pyrrhin nuptias?

321. *Priameia virgo.* Polyxena, Priami

& Hecubæ filia, amata ab Achille: qui cum ad ejus nuptias in templum Apollinis Thymbraei convenisset, a Paride, post Apollinis simulacrum latente, sagittæ ictu occisus est. Capto deinde Ilio, ejus umbra Polyxenam immolari sibi petiit. Illa ad Achillis tumulum ab ipso Pyrrho Achillis filio jugulata est.

327. *Servitio enixæ.)* Andromache captiva a Pyrrho in uxorem admittâ suscepit ex eo Molossium: qui parti Epiri nomen fecit v. 292.

328. *Ledæam Hermionem.* *Æn.* 1. Menelaï filiam, Spartanæ seu Lacedæmonii regis, ex Helena filia Jovis & Ledæ. Hermione, Menelao ad Trojam bellum profecto, a Tyndareo Ledæ marito desponsata est Orestis cognato suo, Argemone filio. Eadem interim a parte Menelao ad Trojam desponsata est Pyrrho, Achillis filio: eidemque post confectum bellum tradita. Quod cum ære ferret Orestes, Delphos venit, & nactus ibi Pyrrhum de futura sibi ex eo conjugio prole oraculum consulentem, cum ad ipsas aras Apollinis interiecit.

331. *Sæclerum furis agitata Orestes.)* Agamem-

330. At illum, ereptæ magno inflammatus amore
 Conjugis, & sceleros Furiis agitata Orestes
 Excipit incautum, patriasque obruneat ad aras.
 Morte Neoptolemi, regnorum reddita cæsse
 Pars Heleno: qui Chaonios cognomine campos,
 331. Chaoniamque omnem Trojano a Chaone dixit:
 Pergamæque, Iliacamque jugis hanc addidit arcem.
 Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dedere?
 Aut quis te ignarum nostris Deus appulit oris?
 Quid puer Alcianus? superatne, & vescitur aura?
 340. Quem tibi jam Troja . . .
 Ecquæ jam puero est amissa cura parentis?
 Ecquid in antiquam virtutem animosque viriles
 Et pater Æneas, & avunculus excitat Hektor?
 Talia fundebat lacrymans, longosque ciebat
 345. Incastrum stetus: quum sese a mœnibus heros

Pri-

At Orestes ardens magno desiderio raptæ uxoris, & impulsus Furiis criminis sui, intercipit illum inprovidum, & jugulat ad altaria patriæ. Per mortem Pyrrhi pars venit data cæssi Heleno: qui a Trojano Chaone cognomine campos Chaonios & totam Chaoniam, & condidit in monte Pergamæ, & hanc arcem Iliacam. Sed ad ultimam ventis & quantam jata direxerunt tibi cursum? aut quis Deus adtulit te incertum ad nostra litora? Quid? puer Alcianus superestne & sinitur vitæ? is quem tibi jam Troja . . . Quisnam dolo de amissa matre? quomodo & pater Æneas, & avunculus Hektor incitant ipsum ad veterem fortitudinem & animos viriles? Talia dicebat plerumque, & sensu mordebat longos stetus cum heros

Helen-

N O T Æ.

memnonis & Clytemnestræ filius: patre ad Trojam profecto, & Ægistho Clytemnestræ adultero Mycenæ tenente, subductus ejus infidiis a favore Electra, & ad Strophium Phocidis principem missus est: ubi singulari cum ejus filio Pylade amicitiam contraxit. Post Trojam expugnatam, & patrem Agamemnonem Ægisthi infidiis jugulatum, matrem cum adultero inensescit. Ideo Furiis agitur, ac post labores plurimos excipit ac solutus crimine ab Arcopagitibus, aut, ut ait Cicero, infus Minervæ iudicio, in regnum rediit: Hermionem uxorem accepit, occiso prius apud Delphos Pyrrho: cum ea regnum quoque Spartam addidit suo. Corpus ejus post mortem relictum septem cubitorum fuisse refert Plinius lib. 7. 16.

332. *Patrias ad aras.* Certum est Pyrrhum ab Oreste occisum esse Delphis, in Phocidæ, apud ipsas Delphici Apollinis aras: Achillem vero Pyrrhi patrem interfectum a Patrem vero Trojam, in Apollinis Thymbraei templo, atque ita fatale fuisse parri & filio: ut apud Apollinem caderent. At varie sequuntur interpretes, ut explicent, cur *patrias aras* poeta dixerit: multa comminifuntur: hæc duo mihi videntur optima. I. Si ad sentum Nalcambinæ per patrias, in-pellamque easdem, ad quas pater Achilles occisus fuerat, nempe Apollinæ: quamquam loco distitas. II. Tamen tutius puto patrias explicare ad sentum Turnebi, Græcæ in ara enim Delphica, sere in medio totius Græciæ sita, publicum erat Græciæ totius gra-

culum. Addo, quod rem firmet: Epirum, ubi tum regnabat Pyrrhus, inter Græciæ provincias non esse habitam, ut pater ex Strabone l. 7. Pyrrhum vero & Orestem patriæ Græcos fuisse: Orestem quidem Argivum Peloponneso: Pyrrhum, patre natum Achille, Thesalo & Phœlia, matre Deidamia, & Seyro Ægei maris insula.
 333. *Trojans Chaone.* Chaon, unus & Priami filius, quem Helenus frater cum in venatu ignarus occidisset, ad solatium dolorem, regnum ejus nomine appellavit: regnavitque quasi tutor Molossis, ut jam diximus, v. 292.

336. *Pergamæque, Iliacamque, &c.* Divisio est unius rei in duas: Pergamam enim fuit arx Iliacæ, fuit Trojana.

340. *Quem tibi jam Troja . . .* Versus, aut ab Oreste relidit imperitiosus, aut a Tucca & Vario mutilatus. Suppleverunt sic aliqui: *Quem tibi jam Troja reperit sumante Creusa.* Malo. Troja enim fumante, & Ænea fugiente, patrem sequebatur jam tum pedes Alcianus, En. 2. 724. Alii sic: *Quem tibi jam Troja obfessa est, circa Creusa.* Paulo verisimilius. Cum enim decem annos bellum Trojanum, annos septem Æneæ navigatio duraverit, annos sexdecim aut septendecim numeratis, tum portus Alcianus, cum Italicis pugnis deinde interiret: sed omnino abhorret versus a nitore Virgiliano.

341. *Ecquæ jam puero est, &c.* Putant aliqui oblitum hic tui esse Virgilium. Quomodo enim scire potuit Andromache Creulam, Alca-

- Priamides multis Helenus comitantibus affert,
 Agnoscitque suos, lætusque ad limina ducit:
 Et multum lacrymas verba inter singula fundit.
 Proce, & parvam Trojam, simulatque magnis
 350. Pergama, & arentem Xanthi cognomine rivum
 Agnosco, Scæque amplector limina portæ.
 Necon & Teucri socia simul urbe fruuntur.
 Illos porticibus rex accipiebat in amplis.
 Aulæ in medio libabant pocula Bacchi,
 355. Impositis auro dapibus, pateraque tenebant.
 Jamque dies, alterque dies processit, & auræ
 Vela vocant, tumidoque inflatur carbasus Austro.
 His vatem aggredior dictis, ac talia quæso:
 Trojgena, interpres Divum, qui pumina Phœbi,
 360. Qui tripodas, Claræ lauros, qui sidera sentis,
 Et volucrum linguas, & præptes omnia penna,

Fare

Helenus, filius Priami, effert se ex urbe, comitantibus plurimis: & agnoscit suos Trojanos & lætus ducit in domum suam: & inter singulas voces emittit multum lacrymarum. Progre-dior, & agnosco parvam Trojam, & Pergama assimilata magnis, & sicum rivum cognomine Xanthi, & amplector postes portæ Scææ: Trojani quoque pectantur simul urbe socia. Rex sub vantiis porticibus accipiebat eos. Bibulam vni pœcua in medio aule, cibi auro impositi, & tenebantur patera. Jamque dies & secundus dies abiit, & venit instans vela, & limica instans in tumido vento. Alloquor hinc verba Helenum vatem, & rogo cum talia: Trojane, interpres Divorum, qui cognoscis divinitatem Apollinis, & tripodas, & lauros Claræ, & sidera, & canes avium, & auspicia volantis aë.

N O T Æ.

Ascendit matrem, in fuga amissam fuisse: tem tripus, vel puteus tres latus pedes, in eam ea de re sibi tum Æneas ei dixisset: quem demissa puella emergente halitu amens quidni vero scire id potuit ante sum & Trojano iotore dicitur? præsertim cum Æneas in urbem redisset, quaesiverit eam omnibus vel probabilibus, sedita tribus teluris immo-viis, ab omnibus amicus, quorum aliquis caque aliquando arca, aliquid aurea, etiam Delphis corio Pythonis serpentis cooperta. III. Per Claræ lauros vaticinium in-nuit, quod petebatur ex combustione lau-ri rami: qui si in igne crepitaret, bono erat omni; si taceret, malo. Tibul. l. 2. 5. 81. *Ut succilla lauri crepitet leno laurea flam-mis, Omnia quo jelle & laer omnis est.* Propert. l. 2. 20. 36. *Deficiunt magico sorti sub cor-nibus phœni.* Et jacet extincto laurus adula-sco Claræ. Epictetum Apollinis, cui Clara-ros, urbs Joniæ, prope Colophonem, in Asia minore, celebris templo & oraculo dicta erat: & hoc epictetum pro quolibet alio hic addidit esse: quemammodum Apollo Delius appellatus est Thyndraus vers. 85. IV. Per ipsa sidera fati notatur astronomia. V. Per volucrum linguas notatur proprie ars augu-rium, qui avium garritum & cantum consi-lebant. Per præptes omnia penna, proprie ars auspium, qui aves spectabant volantes.

348. *Multum lacrymas.* Alii legunt, *Mul-tum lacrymas.* Favet primæ lectio, quod aliqui verbum fundit nullo casu sulcitur. Favet secundæ, quod durum sit: *multum lacrymas, pro multum lacrymarum.* Hæreo tamen primæ, quia communior est. De Xantho, seu Scamandro Troadis fluvio, An. 2. 612. De Scææ, Troje porta, An. 2. 612.

354. *Aulæ in medio, &c.* Aulæ, a stilicilio more veterum diphtongi æ, quæ Græcis est æ, in vocales duas & e i libabant, vel gustabant, bibebantque; vel offerbant Diis per libationem & effusionem: An. 1. 740. De Baccho, Elog. 5. 29. 69. De Austro, vento meridionali, Ecl. 2. 58.

359. *Qui pumina Phœbi, &c.* Quinque divinationis species enumerat. Primam, quæ fit assatu Dei: secundam, quæ insensu in tri-pode: tertiam, quæ combustione lauri: quartam, quæ insensu siderum: quintam, quæ observatione volu. I. Significatur per *pumina Phœbi*, qui aliquando in vaces illapsum corpus, comis, pectus, quarum autem spectabatur volatus, dicebantur præptes, a præ-teritum, prævolare; ut vultures, a volare. De Celano, & Harpyiis, supra v. 211.

360. *Vitæque reserant.* Insulam, qua im-pli-

- Fare age: namque omnem cursum mihi prospera dixit
Relligio; & cuncti suaserunt numine Divi
Italiam petere, & terras tentare repollas.
- 365 Sola novum dictuque nefas Harpyia Celano
Prodigium canit, & tristes denuntiat iras,
Obsecramque famem. Quæ prima pericula vito?
Quidve sequens tantos possum superare labores?
Hic Helenus, cæsis primum de more juvençis,
- 370 Exorat pacem Divum, vittasque resolvit
Sacratî capitis: meque ad tua limina, Phœbe,
Ipse manu multo suspensum numine dicit.
Atque hæc deinde canit divino ex ore sacerdos:
Nate Dea, nam te majoribus ire per altum
- 375 Auspiciis manifesta fides: sic fata Deum rex
Sortitur, volvitque vices: is veritur ordo.
Pauca tibi e multis, quo tutior hospitia lustras
Æquora, & Ausonio possis considere portu,
Expediti dictis: prohibent nam cætera Parcæ
- 380 Scire Helenum, farique vetat Saturnia Juno.
Principio Italiam, quam tu jam rete propinquam,

Vi.

Dic age; nam cæremonte propitiæ mihi declaraverunt totum iter meum; & omnes Divi sua auctoritate suaserunt mihi petere Italiam, & quærere terras mihi præparatas. Sola Harpyia Celano canit prodigium novum & horrendum dictu, & prædictis funestas iras, & sadam famem. Quod periculum primo esugiam? & quid exequendo possum emergere e tantis casibus? Tunc Helenus, primo machinis juvençis juxta consuetudinem, precatur vocant a Divi, & solviti tenias sacri capitis: & ipse ad tua limina, o Phœbe, manu dicit me trepidantem ob magnam reverentiam Dei. At postea sacerdos loquitur hæc divino ex ore: Fili Veneris, nam scio te majoribus auspiciis currere per mare: ita rex Deorum disponit fata, & miscet fortunas: ea series rerum decurrit. Explicato tibi verbis paucæ & plurimis, ut securus percurras maria, quæ te excipient, & possis quiescere in portu Italico: nam Parcæ impediunt, ne Helenus sciat reliqua, & Juno impedit ne loquatur. Primo longum iter impeditum procul longis regionibus separas a te Italiam, quam tu jam putas propinquam,

N O T Æ.

placati erant capilli. Vittata enim insula sacerdotis insigne est, Æn. 2. 133. Soluta autem indicium est vaticinantis ac furentis, Æn. 48. de Sibylla: *Non compt. mansere comæ.*

374. *Majoribus auspiciis.* Vel bonis: vel ad majora spectantibus; vel majorum Deorum, Jovis, Apollinis, &c. non avium aut fœderum tantum.

379. *Parcæ, &c.* Tres, quæ suis dispensabant fata hominum, Ecl. 4. 47. Juno Saturni & Opis filia, inimica Trojanis: causam habes Æn. 1. 29.

384. *Trinacria lentandus, &c.* Flehendus & curvandus, ob vim adversam fludium inter se pugnantium. Sic Catullus de nupt. Peleæ, v. 112. *Quid ne iugis lentis inchoans surgit venos?* De Trinacria Sicilia, sive Parra v. 687. De Ausonia, Italia, supra v. 177.

386. *Inferniq.* De descensu ad inferos, Æn. 6. De appulsu ad insulam Circes, Æn. 7. 10. Erat autem Solis & Perseis Nymphæ filia, forat Ætææ Colchici regis, qui pater fuit Medæe; aut juxta alios, Ætææ filia, Medææ soror. Ætæa, id est, Colchica, ab Æa, insula & urbe Colchici regni, circa ostia

Tota

- Vicinofque ignare paras invadere portus,
Longa procul longis via dividit invia terris.
Ante & Trinacria lentandus remus in unda,
- 385 Et falis Ausonii lustrandum navibus æquor,
Inferniq; lacus, Ætæque insula Circes,
Quam tuta possis urbem componere terra.
Signa tibi dicam, tu condita mente teneto.
Cum tibi sollicito secreti ad fluminis undam
- 390 Litoreis ingens inventa sub ilicibus nati,
Triginta capitum fœtus enixa, jacebit,
Alba, solo recubans, albi circum ubera nati;
Is locus urbis erit, requies ea cæra laborum.
Nec tu mensarum morsus horresce futuros.
- 395 Fata viam invenient, aderitque vocatus Apollo.
Hæc autem terras, Italique hanc litoris oram,
Proxima quæ nostri perfunditur æquoris æstu,
Effluge: cuncta malis habitantur mœnia Grajæ.
Hic & Narycii posuerunt mœnia Locri,
- 400 Et Salentinus obfedit milite campos

Ly.

Et cuius paras intrare vicinos portus, o ignare. Et curvandi sunt remi in mari Siculo, & percurrenda navibus planities maris Italici, & inferne palades adundæ, & insula Circes Colchicæ, præsquam possis condere urbem in secura regione. Dicam tibi signa, tu ea cæra commissa animo. Quando porca reperta a te sollicito jacebit circa undam remoti fœturi, enixa prolem triginta capitum, alba, recubans humi, & porcellis alii circa mammæ; ille locus erit urbis, ille ceres finis laborum. Nec tu exparresce futurum æsum mensarum. Fata aperient viam, & Apollo invocatus adjuvabit. Evita autem has terras, & hanc partem Italici litoreis, quæ propinqua alluitur fluctu nostri maris: omnes illos verus inclinat a pravis Graecis. Hic & Narycii Locri statuerunt muros, & Cretensis Idæmoneus occupat militibus campos Salentinus:

N O T Æ.

Tota illa frons ad orientem penitus obvertitur ad septentrionem Phocidis, & meridiana est, promontorium est Iapygium, vel Salentinum, *Capo di Santa Maria:* corumque cornu Salentini dicebantur, quorum vult Strabon vult Epizephyrios ab Ozolis Critiaci sinus oriundos, negat ab Opuntis. Tamen nomen ipsum Naryciæ urbis ignitur, quod ad-meridiam pertinet, tria sunt præcipua promontoria: Lacinium, Salentino respondens: a Plinio collocatur apud Locros Maliaci sinus, & Boagrium fluvium. At ibidem erant Stelitæ proximum; & Zephyrium, *capo di Bruzzano,* inter utrumque medium. Infra Lacinium, in ipso sinu Tarantino, est Peticium, juxta Suidam, fuit Ajax. Quæ ut concilium, existimo Locris omnibus, Epimenidiis, Opuntis, Ajacem ad Trojam imperasse, cum omnes Parnasio monte conjungantur: in reditu deinde Ajace mortuo, ut diximus Æn. 1. 44. alius alio per tempestatem discessit, aliquas & Locris omnibus reliquias Evanthæ ducem in Italiam pervenisse, & Naryciam condidisse: tumque dictos esse Epizephyrios; quod non procul a promontorio Italici Zephyrio sedem elegerunt.

399. *Narycii Locri.* Constat eos a Graecis Locris oriundos esse: ducem, vel Evanthæ juxta Strabonem, vel Ajacem juxta alios. Tres autem in Graecia fuerunt hujus nomi-

nis populi; Epimenidii & Opuntii, contra-
mini, ad septentrionem Phocidis, & meri-
dianam Eubœæ sinuque Maliaci: tum Ozolis,
ad occidentem Phocidis, & septentrionem,
faucibus ipsas sinus Corinthiaci sive Criti-
acæ cornu Salentini dicebantur, quorum vult
Strabon vult Epizephyrios ab Ozolis
Critiaci sinus oriundos, negat ab Opuntis.
Tamen nomen ipsum Naryciæ urbis ignitur,
quod ad-meridiam pertinet, tria sunt præcipua
promontoria: Lacinium, Salentino respondens:
a Plinio collocatur apud Locros Maliaci
sinus, & Boagrium fluvium. At ibidem erant
Stelitæ proximum; & Zephyrium, *capo di
Bruzzano,* inter utrumque medium. Infra La-
cinium, in ipso sinu Tarantino, est Peticium,
juxta Suidam, fuit Ajax. Quæ ut concilium,
existimo Locris omnibus, Epimenidiis, Opuntis,
Ajacem ad Trojam imperasse, cum omnes Parnasio monte
conjungantur: in reditu deinde Ajace mortuo,
ut diximus Æn. 1. 44. alius alio per tempestatem
discessit, aliquas & Locris omnibus reliquias
Evanthæ ducem in Italiam pervenisse, & Naryciam
condidisse: tumque dictos esse Epizephyrios;
quod non procul a promontorio Italici Zephyrio
sedem elegerunt.

400. *Salentinus, &c.* De eorum situ, v. 396.
401. *De Idæmoneo* Cretæ regis, v. 122. *Lyctus*

N n

dic-

Lyctius Idomeneus: hic illa ducis Melibœi
 Parva Philoetæ subnixâ Petilia muro.
 Quin, ubi transmissâ steterint trans æquora classes,
 Et positis aris jam vota in litore solves;
 405 Purpureo velare comas adopertus amictu:
 Ne qua inter sanctos ignes in honore Deorum
 Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.
 Hunc focii morem sacerorum, hunc ipse teneto:
 Hac casti maneant in religione nepotes.
 410 Ast, ubi digressum Sicule te admovevit orâ
 Ventus, & angustis rarefcent claustra Pelori,
 Lava tibi tellus & longo lava petantur
 Æquora circuitu; dextrum fuge litus & undas.
 Hæc loca, vi quondam & vassa convulsa ruina,
 415 (Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas)
 Dissiluisse ferunt: cum protinus utraque tellus
 Una foret, venit medio vi pontus, & undis
 Hesperium Siculo latus abscidit: arvaque & urbes
 Litore diductas angusto interluit æstu.
 420 Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis
 Obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos

Sor-

illic est illa Petilia ducis Melibœi Philoetæ, defensa muro. Imo quando naves transiissent ultra mare consistunt, & jam reddes vota altaribus in litore fructus, tegaris secundum capillos coepertus velo purpureo: ne aliquis vitulus hostilis occurrat inter pia sacrificia, in cultu Deorum, & abruptat auspicia. Socii terrent hanc consuetudinem sacrificiorum, tu ipse hanc serva: posteri pii persistunt in hac caeremonia. Sed quando ventus te profectum appulerit ad litus Siculum, & imminuent angustia arcti Pelori, sinistra terra & sinistra maria a te petantur longa circumfretione: evita dextrum litus & dextras aquas. Narrant hæc loca olim magna violentia & ruina discessisse. Adeo remota vetustas temporis potest mutare res. Cum utraque terra esset una continuo, mare cum impetu venit in medium, & aquis separavit italicum latus a Siculo: & labitur angusto freto inter arva & urbes, distinctas suo qualique litore. Scylla occupat dextrum latus: immanis Charybdis lævum, & profundo gurgite voraginis ter-

N O T A E.

le atque ominosum erat. Idque ajunt Romani scriptores Æneæ exemplo a postera usurpatum, infra v. 545. Saturno tamen, Honori, & Herculi, aperto capite facta sacra, non velato, probat multiplici auctoritate Cerdanus.

405. Rarefcent claustra Pelori. Pelorus, seu Pelorum, Capo di Faro, promontorium Siciliae maxime orientale: sic Italiae vicinum est, ut eidem contiguum aliquando fuerit, quemadmodum hic narrat poeta; & adhuc procul aspicientibus conjunctum apparere, nec ullo freto pervium: tamen propius accedentibus paulatim rarefunt & aperitur claustra illa, immittuntque visu angustis, & laxior aditus apparet paulo. De Sicilia, infra v. 687.

416. Protinus. Sine interruptione atque intervallo, continua & perpetua ferre. Sic Æ. 9. 337. Felix pi protinus illum Æquajiet nobis luam, in lucemque tuljet: id est, si continuo lubiet. Hinc Æ. 10. 340. Protinus bassia fugit, & alibi vulgo sumitur statim; quia quod statim fit, sine intermissione fit. De Hesperia, Italia, An. 1. 534.

420. Dextrum Scylla, &c. Scylla ad latus Itra-

Sorbet in abruptum fluctus, rursusque sub auras
 Erigit alternos, & sidera verberat unda.
 At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris,
 425 Ora exsertantem, & naves in faxa trahentem.
 Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
 Pube tenus: postrema immani corpore prifis,
 Delphinum caudas utero commissa luporum.
 Præstat Trinacrii metas lustrare Pachyni
 430 Cessantem, longos & circumflectere cursus;
 Quam feniel informem vasto vidisse sub antro
 Scyllam, & cæruleis canibus resonantia saxa.
 Præterea, si qua est Heleno prudentia, vati
 Si qua fides, animum si veris implet Scyllam:
 435 Unum illud tibi, nate Dea, præque omnibus unum
 Prædicam, & repetens iterumque iterumque monebo.
 Junonis magnæ primum prece numen adora:
 Junoni cana vota libens, dominamque potentem
 Supplicibus supera donis: sic denique victor
 440 Trinacria fines Italos mittere relicta.
 Huc ubi delatus Cumæam accesseris urbem,
 Divinoque lacus, & Averna sonantia filvis;

In-

rorat fluctus in præcep, deinde alternatim atollit eos in aërem, & ferit aquis æstra. At antrum inclinat Scyllam in obscuris latebris, pendentem guttura, & trahentem naves in scopulis. Superior forma est humana, & puella formosa pectore, usque ad inum ventrem; inferior est prifis immenso corpore, conjuncta utris canum circa caudam Delphinorum. Melius est, te morantem circumnavigare fines Siculi Pachyni, & circumflectere longos cursus; quam semel videre sub lata caverna turpem Scyllam, & scopulos sonantes canibus cæruleis. Præterea, si aliqua est sententia Heleno, si aliqua fides habenda vati, si Apollo implet animum veris rebus; vitæ hinc tibi prædicam, & vitæ ante omnia, & repetens rursus ac rursus monebo. Primo cole precibus dominatam magnæ Junonis, ser libens vota Junoni, & vince parentem reginam supplicibus muneribus; sic demum victor relicta Sicilia admittaris in regionem Italiam. Quando illic appulus veneris ad Cumæam urbem, & lacus sacros, & Avernum inter fibros sonantes:

N O T A E.

Italia, & Cænyum promontorium: scopulus est tumulosus fluctuum allaplu tempore frementis, nunc, Scillo: a voce vexo. Charybdis, ad latus Siciliae, prope Messanam urbem; mare est voraginosum, aquas sorbens, & cum impetu deinde emittans, nunc Capo di Faro: a voce hito, & verbo sortio. Charybdis ajunt veterem fuisse voraginosam: nunc, cum Herculi boves exiit, a Jove fulmine idâ, & in freto præcepit æstrâ, in voraginem ibi conversa est. Scyllam Phorc: filiam, a Circe commutatam dicunt in monstrum, cuius suprema pars feminæam speciem retinente infima in canes abiit: quorum latera fluctuum strepitum exprimere voluerunt; ipsumque monstrum in scopulo latere, eoque naves atrahere ac lacerare fabulati sunt: atque hæc ex mente poetarum dicta, emendabimus, infra v. 555 & 685.

421. Barathri. Græca vox βαράθρι barathrum est ex Suida & Diomede, locus erat apud Athenienses profundissimus, in quem noxii & mori delinanti precipitabantur, a δειδός profundus, iuxta Festum.

427. Prifis, &c. Scylla tres habuit par-

tes: superiorem virginæam, pube tenus; infimam, in modum pistricis, five ingentis piscis defluentem in caudas bifidas, quales habent Delphini; mediam, scilicet commissuram pubis & caudæ, unde uteri & capita canum, five luporum erumpébant. Ex his patet sensus versuum. Notanda hic quatuor. I. Græco more dictum est: commissa caudas, supple vixit, circa caudas, per caudas. II. Delphinus, vel Delphin, juxta aliquos porcus est marinus, Ital. Delphino. III. Prifis; vel pistris, pistricis: sumitur vulgo pro balæna, quamvis a Plinio distinguatur: maxima molis, & tamen velocissime fluctus secans, unde nomen habet: prifis enim est selector. IV. Cateri poete canes tantum Scyllæ attribuant. Virgilius ad terrorem lupos dixit.

429. Trinacrii Pachyni. Pachynum, meridionale promontorium Siciliae, unum e tribus, que ipsam Trinacriam efficiunt, Capo Passero v. 687.

437. Junoni, &c. Dea epusque in Trojanos odio, Æn. 1. 27. 28. 33.

441. Cumæam Campaniæ. Cumæ, urbs fuit Italiae, in litore Campaniæ, nunc everfa. De hac Æn. 6. 2. Divini lacus sunt, Averna, &

Insanam vatem aspicias, quæ rupe sub ima
 Fata canit, folisque notas & nomina mandat.
 445 Quæcumque in foliis descripsit carmina virgo,
 Digerit in numerum, atque antro seclusa relinquit.
 Illa manent immota locis, neque ab ordine cedunt.
 Verum eadem verso tenuis cum cardine ventus
 Impulit, & teneras turbavit janua frondes,
 450 Numquam deinde cavo volitantia prendere saxo,
 Nec revocare situs, aut jungere carmina curat.
 Inconsulti abeunt, sedemque odere Sibyllæ.
 Hic tibi ne qua moræ fuerint dispendia tanti;
 Quamvis increpitent focii, & vi cursus in alium
 455 Vela vocet, possisque sinus implere secundos:
 Quin adas vatem, precibusque oracula poscas.
 Ipsa canat, vocemque volens atque ora resolvat.
 Illa tibi Italix populos, venturaque bella,
 Et quo quemque modo fugiasque feraque laborem,
 460 Expediet: cursusque dabit venerata secundos.
 Hæc sunt, quæ nostra liceat te voce moneri.
 Vade age, & ingentem factis ser ad æthera Trojam.
 Quæ postquam vates sic ore effatus amico est,

Dona

videtis Sibyllam furentem, quæ sub antro profundo aperit fata, committitque frondibus literas
 & vaticinia. Virgo disponit in ordinem, & manens clausa in antro relinquit ante ostium vaticinia, quæ scripta in frondibus. Illa vaticinia sicut sunt locis immota, nec recedunt a situ.
 Sed quando ventus cardine levis ventus afflavit ea, & porta aperta turbavit frondes, nunquam postea curat colligere vaticinia carvo in antro, aut restituere in ordinem, aut tangere.
 Exeunt sine consilio, & adveniunt domum Sibyllæ. Hic ne ulla damna moræ sint tibi curæ: estis focii te incenset, & navigatio per vim invitet vela in altum mare, & passis replere vento faventi sinus velorum: immo potius convitet Sibyllæ, & ora precibus, ut ipsa reddat vaticinia, & libens aperiat os & vocem. Illa explicabit tibi gentes Italix, & futura bella, & qua ratione tolerabis aut evitabis unumquemque laborem: & a te culta imperabit tibi cursus felices. Hæc sunt de quibus licet admoneri te mea voce. I. perge, & factis extolle ad æthera magnam Trojam. Postquam vates ore benevolens locutus est ista,

N O T Æ.

Lucrinus, in Puteolano sinu, prope Bajas & Cumas. Divinidicti, propter vicinum Sibyllæ antrum. De his fufe Georg. 2. 161. Et Æn. 6. 237. Averna, plur. Averna, montibus undequaque horrebat & silvis, quas excidit Arrippa, locutusque deinde multis ædificiis amarus redditus est. De Sibylla, Æn. 6. 109.
 460. Venerata,) Passive dictum; sic Horatius Sat. l. 2. 2. 124. Ac venerata Corus ut culmo surgeret alto.
 464. Elephanto.) Ebone, quod ex dentibus elephanti fecatur & perpolitur.
 466. Dodonæque lebetas.) Pelves Dodonæas, id est, æreas: æs enim Dodonæ, ut Corinthi, celebre fuit. At duo fuere lebetum genera: alii qui admovebantur igni ad culinæ ministreria, ad abundandas manus: alii qui appendebantur ad ornatum, sive in domibus, sive in templis. Et vero ajunt, locum, ubi Dodonæi Jovis oracula reddebantur, cinctum fuisse lebetibus, ita sibi invicem conjunctis, ut commoto uno cæteri moverentur, sonitumque dnu redderent: unde proverbium fuit Dodonæam æs, in locutaces. Fuit autem Dodonæa lucus silvæque, Jovis oracula & quercu fa-

Dona dehinc auro gravia festoque elephanto
 465 Imperat ad naves ferri: stipatque carinis
 Ingens argentum, Dodonæoque lebetas.
 Loricam consertam hamis, auroque triliticem,
 Et conum insignis galeæ, cristasque comantes,
 Arma Neoptolemi. Sunt & sua dona parenti.
 470 Addit equos, additque duces.
 Remigium supplet: focios simul instruit armis.
 Interea classem velis aptare jubebat
 Anchises, fieret vento mora ne qua ferenti.
 Quam Phœbi interpret multo compellat honore:
 475 Conjungo Anchisa-Veneris dignate superbo,
 Cura Deum, bis Pergameis erepte ruinis,
 Ecce tibi Ausoniz tellus; hanc arripe velis.
 Et tamen hanc pelago præterlabare necesse est.
 Ausoniz pars illa procul, quam pandit Apollo.
 480 Vade, ait, o felix nati pietate! quid ultra
 Provehor, & fando surgentes demoror Austros?
 Nec minus Andromache, digressu mæsta supremo,
 Fert picturatas auri subtemine vestes,

Et

deinde jubet portari ad naves munera gravia auro & scisso eboro: & congerit in naves multum argenti, & ollas Dodonæas, loricam compactam hamis, & triplici licio auri, & apicem pulchra scissidii, & galeas capiteas, quas lucerat arma Pyrrhi. Sunt quoque pro patre meo sua munera. Adijcit etiam duces, substituit remiges: simul instruit armis focios meos. Interim Anchises imperabat eos instruere naves velis, ne ulla mora opponeretur vento faventi: Quem vates Apollinis alloquentur magno honore: O Anchisa, qui honoratus es convito gloriose Veneris, qui es cura Deorum, & bis servatus & Trojano excidido, ecce tibi prærens est terra Italix: hanc apprehende navibus. Et tamen opus est, uti naviges mari ultra istam partem. Pars ista Italix, quam aperit Apollo, procul est: I, inquit, o fortunæ, propter pietatem filii! quid ulterius pergo, & retardo surgentes Austros loquendo? Nec minus Andromache, tristes ob ultimam discessum, fert Alcamo amictus versicolores auro textu,

N O T Æ.

quasi simbriata esset? Audi Valerium l. 3. 199. In incensa est. De Austris, ventis meridionalibus, Ecl. 2. 58.
 483. Picturatas auri subtemine vestes.) Alii qui legunt subtemine: male. Nam machina tota, in qua tela textitur, & præsertim ea pars, cui alligatur, dicitur jugum: prima fila, quæ iugo junguntur, telamque ordiuntur, ac desiniunt, vocantur lica: fila, quæ in longum ducta alligantur licio, & subinde atolluntur, deprimenturque, sunt flamina: fila, quæ inter flamina transtervim inferuntur, alterna flaminum depressione & sublatione, sunt subtemina, quasi flamina: instrumentum, quod deprimitur atolliturque flamen, dicitur arando; quod inferitur subtemen cum flamine, dicitur radens. Patet ista ex his Ovidii versibus, Metam. 6. 53.
 Hand nova, consistunt diversis partibus ambe,
 Et gracili geminis intendunt flamine telas.
 Tela iugo juncta est: flamen secernit arando:
 Inferitur medius radiis subtemen acutus;
 Quod dicitur expediunt, atque inter flamina ductum
 Percussu ferunt inserti pectine dentes.
 484. Phœgiam obliuamdem.) Vestem brevior-

quasi

Et Phrygiam Afcanio chlamydem: nec cedit honoris
 485 Textilibusque onerat donis, ac talia fatur:
 Accipe & hæc, manuum tibi quæ monumenta mearum
 Sint, puer, & longum Andromache testentur amorem,
 Conjugis Hectoræ. Cape dona extrema tuorum,
 O mihi sola mei super Aſtynæſtis imago.
 490 Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat:
 Et nunc æquali tecum pubeſceret ævo.
 Hos ego digrediens lacrymis affabar obortis:
 Vivite felices, quibus eſt fortuna peracta
 Jam ſua: nos alia ex aliis in fata vocamur.
 495 Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum,
 Arva neque Auſonia ſemper cedentia retro
 Quærenda: eſſigiem Xanthi, Trojamque videtis,
 Quam veſtra fecere manus; melioribus, opto,
 Auſpiciis, & quæ fuerit minus obvia Grajis.
 500 Si quando Tybrim vicinaque Tybridis arva
 Intraro, gentique mea data mœnia cernam
 Cognataque urbes olim, populofque propinquos,
 Epiro, Heſperia, quibus idem Dardanus auctor,
 Atque idem caſus, unam faciemus utramque
 505 Trojam animis: maneat noſtros ea cura nepotes.
 Prævehitur pelago vicina Ceraunia juxta:

Unde

Et chlamydem Phrygiam: nec male reſpondet dignitati ejus: & cumulat operibus textilibus, & hæc dicit: Accipe etiam hæc, o puer, quæ tibi ſunt monumenta mearum manuum, & diu probent amorem. Andromache, uxoris Hectoris: accipe ultima munera tuorum, o unica effigies, quæ mihi reſtat mei Aſtynæſtis. Sic ille gerebat oculos, ſic manus, ſic vultum. Et jam tecum adoleſceret pari ætate. Ego digrediens eos alloquebar lacrymis erumpentibus: Vivite fortunati, vos quibus ſua fortuna jam perſecta eſt: nos trahimur in fata alia poſt alia. Vobis quiete acquiſita eſt, nulla planities maris eſt ſecunda, neque querendi agri Italia ſemper fugientes retro: cernitis imaginem Xanthi, & Trojam, quam manus veſtra fecerunt melioribus omnibus, ut cupio, & quæ minus expoſita ſit Graeci. Si unquam ingrediar Tybrim & agros Tybridis propinquos, & aspiciam muros deſtinatos meo populo: quondam urbes conſanguineas, & nationes vicinias, ex Epiro, & ex Italia, quibus idem conditor eſt Dardanus, & eadem fortuna, faciemus utramque Trojam unam voluntate: ea cura ſpectet noſtros poſteros. Progreſſivum mari prope vicina Ceraunia,

NOTÆ.

rem, & vulgo militarem, quæ ſuperponebatur thoraci, ad ornatum, caſaca, Phrygiam. Id eſt, acu piſtam: nam Plin. l. 8. 48. Piſca veſtes jam apud Homerum fuiſſe, unde triumphales nata: acu facere, id Phryges invocaverunt, idæoque Phrygionæ appellatae ſunt.
 489. De Aſtynæſti. An. 2. 457.
 497. Xanthi, Gr. De Xantho, Troadis fluvio, quibus nomen Andromache rivo alicui dederat, ut & Troje nomen alicui vico, An. 477. De Epiro, ſupra v. 292.
 503. Idem Dardanus auctor. Non Epiro & Heſperia, ſed populis in utramque regionem appulſis: nempe Trojanis, qui, cum Heleno in Epiro jam federat, cum Anea in Heſperia ſive Italia ſeſſuri erant. Utrique jactati Troje caſibus, & a Dardano oriundi, ſupra v. 167.
 504. Unam faciemus utramque Trojam, Gr. Nempe hanc Trojam in Epiro factam ab Heleno, & alteram Trojam, quam in agro Laurente Italiae conditurus erat Aneas, An. 7.

Unde iter Italiam, curſufque breviffimus undis.
 Sol ruit inerea, & montes umbrantur opaci.
 Sternimur optatæ gremio telluris ad undam,
 510 Sortiti remos, paſſimque in liore ſicco
 Corpora curamus; ſeſſos ſopor irrigat artus.
 Necdum orbem medium nox horis aſta ſubibat:
 Haud ſegnīs ſtrato furgit Palinurus, & omnes
 Explorat ventos, atque auribus aera captat:
 515 Sidera cuncta notat tacito labentia cælo,
 Arcturum, pluvialque Hyadas, geminoſque Triones,
 Armatumque auro circumſpicit Orionem.
 Poſſiquam cuncta videt cælo conſtare ſereno,
 Dat clarum e puppi lignum: nos caſtra movemus,
 520 Tentamusque viam, & velorum pandimus alas.
 Jamque rubicebat ſtellis Aurora fugatis,
 Cum procul obſcuros colles, humilemque videmus
 Italiam. Italiam primus conclamat Achates;
 Italiam læto ſoci clamore ſalutant.
 525 Tum pater Anchites magnum cratera corona
 Induit, implevitque mero, Divofque vocavit,
 Stans ceſſa in puppi:
 Di, maris & terræ tempeſtatumque potentes,
 Perſe viam vento facilem, & ſpirate ſecundi.
 530 Crebreſcunt optatæ auræ, portuſque pateſcit
 Jam propior, templamque apparet in æce Mineræ.

Vela

unde via & trajetſus breviffimus eſt mari in Italiam. Interim Sol cadit, & montes denſi obſcurantur. Decumbimus in ſinu deſideratae terræ, prope aquam, partii officia navalia: & paſſim in liore ſicco reſticimus corpora; ſomnus ſiuit in laſſa membra. Nondum nox proſpecta horis attingat medium curſum: impiger Palinurus ſurgit e lecto, & obſervat omnes ventos, & auditu captat aera: notat omnia aſtra decurventia cælo ſereno, Arcturum, & inobſervas Hyadas, & geminos Triones, & abicit Orionem armatum auro luce. Poſſiquam cernit omnia congruere in cælo ſereno, & puppe dat clarum ſignum: nos incertum claſſim. & ingredimur iter, & extendimus alas velorum. Et jam ſtellis expulſis, Aurora rubicebat: cum videmus procul colles obſcuros & planam Italiam. Achates primus conclamat Italiam: loci clamore hilari ſalutant Italiam. Tum pater Anchites cinxit magnum ſoculum corona, & reſpexit vino, & invocavit Deos crebreſcunt in alia puppe: O Di, ait, præſedes maris & terræ & tempeſtatum, date nobis viam facilem per ventum, & ſarvete proſperæ. Argentæ ſtatuſ deſiderati, & portus jam propior aperitur, & in Monte apparet templum Palladis.

Socii

NOTÆ.

517. Orion.) Orion venator fuit, comes Diane, qui ſcorpion morſu in talo vulneratus occubuit: & Deorum miſericordie in ſidus mutatus eſt. Scorpius autem, vel a Terra in cum immiſſus eſt, quod Orion nullam ſibi ſeram inſuperabilem eſſe gloriaretur, vel, juxta alios, a Diana, qui vim inferre in venatione voluerat. Orion in cælo lucidiſſimum ſidus ſtellis conſtat ſex & quinquaginta, pingiturque accinctus gladio & clavam intendens: unde armatus auro dicitur, id eſt, aurea luce conſpicuus. De ejus ortu, An. 1. 539.
 518. Conſtare.) Omnia ſerenitatis ſigna ſibi reſpondere, inter ſe congruere: æque certæ, & firma, & conſtantia, non varia.
 520. Velorum alas.) Mutua tranſlatio eſt: inter volandi & navigandi verba, An. 1. 218.
 522. Humilem Italiam.) Tum quia in ea parte altis montibus caret: tum quia elonginguo ſpectantibus altiffima quæque humilia videntur: tum quia univerſim mare terris altius apparet.
 525. Cratera corona Induit, Gr.) Coronare poculum, duo ſignificat. Aliquando implere vino, ut diximus Georg. 2. 528. Aliquando cingere corona florea, ut hic; ſiquidem hic utrumque diſtinguitur: corona induit, implevitque mero. Et libationem omnibus, facile ac quotidiano Diis ſere omnibus ſacrificium, vini effuſionem in mare. De libatione, An. 1. 740.
 531. Templum in æce Mineræ.) Templum in promontorio Iapygio, ſive Salentino, de quo Strabo, lib. 6. de Salentinis loquens: Erit tamen d' 451 192 70 566 A' d' 451 192 70 566 8c.

Vela legunt focii, & proras ad litora torquent.
 Portus ab Eoo fluctu curvatur in arcum,
 Objectæ fassa spumant aspergine cautes,
 535 Ipse latet: gemino demittunt brachia muro
 Turriti scopuli, refugique a liore templum.
 Quatuor hic, primum omen, equos in gramine vidi
 Tondentes campum late, candore nivali.
 Et pater Anchises: Bellum, o terra hospita, portas:
 540 Bello armatur equi: bellum hæc armenta minantur.
 Sed tamen iidem olim curru succedere fueri
 Quadrupedes, & fixa jugo concordia ferre:
 Spes est pacis, ait. Tum numina sancta precamur

Palla-

Socii colligunt vela, & versant proras ad litora. Portus ab orientali mari curvatur in arcum, rupes oppositæ spumant fassa aspergine, ipse portus occulitur est; scopuli turriti similes demittunt utrinque latera quasi dupliti muro, & templum recessit a liore. Ibis vidi in præstiti quatuor equos candore nivolo late carpentes heriliam, quod fuit primum omen. Et pater Anchises ait. O terra hospitatis, portendit bellum. Equi armantur ad bellum: hæc armenta minantur bellum. Sed tamen iidem equi assueti sunt subire currum & portare fixa concordia sub jugo: spes est pacis. Tunc oramus sanctam Divinitatem

N O T Æ.

&c. Hic vero fuit & Minerva templum dives olim, & scopulus, quem vocant promontorium Japygium, multum procurrens in mare contra ortum hybernium.

533. Portus ab Eoo fluctu. Id est, ad orientem obvertitur: *ans Anora* est, que ab oriente nascitur. Arcum vero accipio, vel promuntione aliam, que locum defenderet; vel pro ipso scopulo promontorii, quod *ans* dicitur, ut explicuimus ad illud, Georg. 4. 461. Flerunt Rhodopetæ arces.

535. Brachia muro Turriti scopuli. Nec turres erant, nec brachia: sed rupes porrectæ in modum brachiorum, & erectæ instar turrium, Propert. l. 3. 20. 24. Scandam ego Thesææ brachia longa vitæ.

541. Curru, &c. Pro curru, dativo contracto, Ecl. 5. 29. De Palladæ armistona, Æn. l. 43. De oratione, pro lactitia, supra v. 189.

545. Phrygiæ velantur amicti. Observat præceptum Heleni, de quo supra v. 409. *Arce, sacra cornua.* Ab extremo illo Italiae promontorio Japygio ad partem maxime meridionalem, ejus descriptionem habes vers. 396.

551. Herculei Tarenti. De Tarenti situ v. 396. urbs est cum portu celebri, in recessu maxime septentrionali sinus Tarentini: bella olim gessit maxima cum Romanis, advocato in auxilium Pyrrho Epiri rege: Romanis deinde subdita, tum in Annibalis potestate redacta, iterum ad Romanos reverta est. Hujus conditor *Taras*; qui heros, iuxta Strabonem; iuxta Scervium, Neptuni filius fuit: instaurator aut potius invasor, *Phaladani* Lacedæmonius; qui cum Partheniis, patria Lacedæmoniorum prole, expulsi & noxia ibidem sedes statuit, & divinis honoribus post mortem affectus est, ut est apud Strabonem

547. Junoni Argivæ. Quæ celebratur in Argia Peloponnesi regione, ita ut cum Mycenæ & Argi, vicinæ illæ urbes, quæ Danao simul paruerant, in duodecim regna divisæ sunt; templum celebre Heræum dictum, *Hiræ*, id est Junonium, licet ad Mycenæ situm, utriusque tamen reperi communis esset; Strabo lib. 8. Hinc profecti in Italiam Græci, sacra Junoni Argivæ ibidem instituerunt: Diomedes lucum apud Venetos ex Strabone lib. 5. Jason lucum in Lucania ex eodem l. 6.

548. Continuo. Continuo ordine, id est, non interrupto sacrificio: ideoque caput velare iustus fuerat, supra v. 409.

549. Cornua velatarum &c. Antenne sunt ligna transversa in malo, quibus alligantur vela: antennarum extrema vocantur a Virgilio cornua, unde ipsas antennis appellat Lucanus l. 1. 177. *summis carthagos*: id est, *hæreticæ cornua*, ab *ivo hælæci*. & *ripiæ cornua*. Obvertuntur. Ab extremo illo Italiae promontorio Japygio ad partem maxime meridionalem, ejus descriptionem habes vers. 396.

551. Herculei Tarenti. De Tarenti situ v. 396. urbs est cum portu celebri, in recessu maxime septentrionali sinus Tarentini: bella olim gessit maxima cum Romanis, advocato in auxilium Pyrrho Epiri rege: Romanis deinde subdita, tum in Annibalis potestate redacta, iterum ad Romanos reverta est. Hujus conditor *Taras*; qui heros, iuxta Strabonem; iuxta Scervium, Neptuni filius fuit: instaurator aut potius invasor, *Phaladani* Lacedæmonius; qui cum Partheniis, patria Lacedæmoniorum prole, expulsi & noxia ibidem sedes statuit, & divinis honoribus post mortem affectus est, ut est apud Strabonem

Palladis armistonæ, quæ prima accepit ovantes:
 545 Et capita ante aras Phrygiæ velamur amictu:
 Præceptisque Heleni, dederat quæ maxima, rite
 Junoni Argivæ iustos adolemus honores.
 Haud mora, continuo perfectis ordine votis,
 Cornua velatarum obvertimus antennarum:
 550 Grajugenumque domos, suspectaque linguinis arva.
 Hinc sinus Herculei, si vera est fama, Tarenti
 Cernitur: attollit se Diva Lacinia contra,
 Caulonisque arces, & navisfragum Scylacæum.
 Tum procul e fluctu Trinacria cernitur Æna,
 555 Et gemitum ingentem pelagi, pullataque saxa

N O T Æ.

Palladis armistonæ, quæ prima accepit latos; & ante altaria tegimur Phrygiæ amictu circa capita, & ex monitis Heleni, quæ dederat maxima, offerimus rite Junoni Argivæ sacrificia præscripta. Alique mora, votis continuo ordine perfectis, convenimus cornua antennarum obvertimus: & deservimus sedes Græcorum, tempore suspectis. Hinc videtur sinus Tarenti, si vera est rumor, Herculei: ex adverso templum Deæ Lacinie erigit se, & arces Caulonis, & Scylacæum navisfragum. Deinde procul e mari videtur Æna Sicilia, & orinus audimus gurgum fremitum maris, & scopulos repercussos.

bonem l. 6. & Justinum l. 3. 4. Heracleum

Tarentum cur appelleretur, non liquet: videturque Virgilius de nominis veritate ipse dubitare, cum addit, si vera est fama. Quamvis duplicem consensum afferro. I. Est ex Servio, qui ait Phalangium ex Herculis fuisse posteris, ab eoque octavium; sed hoc quasi commentum rejicit. II. Est ex Erythrobis, qui docet ex Aristotelis libro de mirabilibus auditis, locum quem Tarentini occupaverunt, vocatum esse postea Heracleam, cum prius dictus esset Pleon, & Sigeum. Addit vero quod plane incertum est, Tarentinos ab Hercule fuisse domitos. III. Est ex Pomponio Sabino, qui ait in Herulis tutela Tarentum fuisse. Et vero legitur in Strabone l. 6. fuisse in illa urbe colosum Herculis æreum, opus Lyppi, a Fabio maximo, qui accepit urbem, inde sublatum, & in Capitolio dedicatum. IV. Addo: non urbem solum, sed totum tractum Herculis itineribus & memoria fuisse insigne: quod colligo ex eodem Strabone: urbs enim ibidem fuit Heraclea, id est, Herculei: ubi communis agebatur conventus Græcorum omnium, qui has regiones tenebant: tum *Leontæ* urbs, ubi fons fontis aquæ, excitatus usque Phlegæis, Italicæ Campaniæ campis persecutus Hercules ibidem terra obruerat.

552. Diva Lacinia contra. Junonis Lacinie templum, prope Crotonem utroque, sanctum omnibus circa populis ex Livio l. 24. cum sanguine Gigantum Fulvius Flaccus in censura sua transtulit in ædem Fortunæ equestris, quam Romæ faciebat, ex Valerio l. 1. 2. ubi ara sub dio posita, in qua cinis, perstantibus procellis, semper immobilis, ex Plin. l. 2. 107. Contra. Meridium verius,

in promontorio Lacinio, cum Tarentum sit ad septentrionem v. 396.

553. Caulonisque arces, & navisfragum, &c. Prius tamen occurrit Scylacæum, quam Caulon. Est Caulon, vel Caulonia, urbs prius Argonia dicta a vallo, quam habebat in conspectu, erat enim in Apennini jugo sita: Græcæ autem *ἑὸν ἄλλοις*. Ab Achivis condita ex Strab. l. 6. nunc *Casoli veteris*, mons adhuc *Casoli*.

Navisfragum Scylacæum. Scylacæum finis in media sinus ora Scylacæum habebat urbem, coloniam Atheniensium, qui Mæstheum regem ad Trojam secuti ducem fuerant. Strabo l. 6. Sed hic varia est lectio. Dubitat Scaliger. Poet. l. 2. 31. an sit, *Navisfragum Scylacæum*, redundante syllaba, aut extremis duabus in unam coalescentibus; an vero, *Navisfragum Scyllacæum*, ubi amphimacer in dactyli locum succederet. Turnebus censet l. 19. 27. commodius legi posse *Scyllæum*, quod vel est promontorium *Cerynæ*, *condi della vulpe*, in angustiis freti Siculi; vel *Sylla scopulus*, etiam ultra Gæmymlæca integra remotus. Sed sane cum Æneas ne ad Charybdis quidem nisi eminus accesserit, vix potuit Scyllæum videre. Igitur commodius est legere cum antiquis peritæque codicibus *Navisfragum Scylacæum*, per unicum l, præsertim cum dicat Strabo *Scyllæum* antiquis, recentioribus dictum esse *ἑὸν ἄλλοις Scyllacæum*.

555. Et gemitum ingentem pelagi, &c. Videtur hic Virgilius verius, quam ceteri poetæ, naturam Charybdis expressisse. Quippe Cluverius, qui ad perferendam loci naturam se Messaniam contulerat, ait, probatque in Sicilia antiqua l. 1. c. 5. esse vortem